Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



183

solutū. Tunc congregabit eos in prelium. quando
grauissimas psecutiones excitabit aduersus eos/ Secun
dum: Vnde bene ipsa dies magna. & dī uocat. quia uide
licet tunc agnus uictor cum suis. contra ferocissimas
bestias pugnabit/ Ecce uenio sicut fur:/ Prophetia hic
liber est. totus/ idcirco ordinem ñ seruat hystoriae/ Premisit
g spē sēs. quę dicturus erat de reprobis quos diserat
congregandos in prelium. & nunc ex psona loquentis
dni dicit. Ecce uenio sicut fur:/ Istum uero aduentū
& cotidianum possumus intelligere & generalem./
Cotidie quippe uenit xpc. ut fur: quando inprouisa
morte subito dum ñ sperat homo moritur:/ In die eni
iudicii sicut fur. idē repente ueniet. quia cum dixe
rint pax & securitas. tunc repentinus eis sup ueniet
interitus./ Beati sunt illi. qui siue cotidie dum trans
eunt p mortem. siue etiam tunc ueniens ad generalē
resurrectionē parati inuenti fuerint. Hinc in euglio
ipse dicit. Vigilate ne cum uenerit dns repente inue
niat uos dormientes/ Et alibi/ Dies dni sicut fur ita
in nocte ueniet/ Vnde hic quoq; subiungit. Beatus
qui uigilat. & qui custodit uestimenta sua. ne nudus
ambulet./ Vigilat. qui ad aspectū supni luminis mtis
oculos aptos tenet. Vigilat. ut beatus gregorius dicit.
qui seruat operando quod credit/ Hęc autē uestimēta.
quę uigilanti studio monent seruari. sacramenta
sunt baptismatis. Vestimenta sua conseruat qui
baptismū non iterat. Vestimenta sua etiā custo
dit. qui ea. quę in baptismo pmisit. implere satā
git/ Ista sunt uestimenta. inmortalitatis & innocentię